

15
CARMINA
ET VOTA

IN HONOREM

NUPTIARVM CLARISSIMI VIRI D. IACOBI TETENSII HOL-

SATI LEGVM DOCTORIS, ET LECTISSIMÆ

Fœminæ Paschinæ VVESENBECIÆ, Nobilis & amplif-

simi viri D. ANTONII de PENSART, Re-

gis Hispaniarum quondam Consi-

liarij relictæ viduæ,

*Nuncupata ab amicis, quorum suis singulo-
rum versibus nomina addita sunt.*



ALTORFII,

TYPIS CHRISTOPHORI LOCHNERI,

TYPOGRAPHI ACADEMICI.

M D XCIII.

CARMINA
VOTA

IN HONOREM

IN PARSVM CLARISSIMIS
MR. VIRT. DRACOSI TIT. IN HONORIS
SATI RECV. DOCTORIS ET LECTISSIMI
Petrus Hübner Vicesacerdos, Nobilis & amplius
Hübner D. Antonius de Petrus
S. Hübner, quodam Cons.
Hübner videtur

Reverendissimi Patris
Hübner



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF
CAMBRIDGE



SCIPIONIS GEN- TILIS IC.

Elegia

In nuptias Clarissimi Viri IACOBI
TETENSIS IC.

ET

Nobilissimæ Fœminæ PASQUINÆ
VESEMBECIÆ.



*AEPE aliena Venus me dicere gaudia iussit,
Et fulgens crocinâ filius in tunicâ.
Parui ego, imperio victus, captusq; Deorum
Muneribus: nam & mi polliciti fuerunt,
Florentem pulchra facie atque etate duros,
Quæ mihi delicias multiuolo faceret:*

*Quæ curas nubesq; animi mihi grata sugaret,
Nec sineret canum me fieri ante diem.*

*Vota diu hæc cupido nequicquam pectore fovi;
Venit in amplexus nulla puella meos.*

*Non pudet, ô Diui, toties promissa negare?
Perfidia est homini turpis: honesta Deo?*

*Sed benè habet. furor ille abiit, quem primitus alma
Natura insinuat, vesticipesq; dies.*

*Nunc flos & robur, nunc etas apta gerendis
Rebus adest. nil vos donag; vestra moror.*

A 2

Impe-

Imperium quoque contemno, cassasq; sagittas,
Siue illa plumbum, siue orichalcon habent.
Talia iactabam demens, mecumq; canebar.
Audijt, & cantu mota Erycina meo est.
Siste procax vates, atque harum desine vocum:
Non est hac animi iusta querela tui.
Martis militibus sudore & sanguine vanit
Palma: nec imbelles adiuuat ille animas.
Sub signis etiam Veneris qui militat, ille
Militet, à nostra dona manu ut capiat.
Tu piger, & solis Musarum deses in antris,
Gingris in argutum, ceu ferus anser, epos.
Illam nec curas inuisere sapius Urbem,
Quae se adeò formis tactat in eximijs.
Imò etiam iam nec Musas atque antra frequentas:
Nam Venerem & Musas gratia multa ligat.
Hirsutos inter gaudes habitare magistros,
Quorum sceptrum tenet Bartolus & solia,
Signaq; rugosus fert turpi squallida panno
Baldus, de Alpinâ cote recisus homo.
Et miraris adhuc, quereris quoque; quod tibi nulla
Se dedat niueo blanda puella sinu.
Quin age, & exemplum docti hoc imitare Tetensi:
Ille Dices etiam est cultor, & ille mei.
Seruius ut quondam, Romani gloria iuris:
Cui sic delicijs & sale Acidalio
Pruribant teneri, dictante Cupidine, versus:
Iurgia clamoso cum siluere foro.
Hac Venus: at Veneris saeuo puer increpat arcu.
Parcite mi, quaeso, parcite: culpa mea est.
Deprecor, & supplex recino, ac mea dicta retexo.
O ego nunc horum pace Deum fruerer!
Ut canerem flammâq; tuas laudesq; Tetensi!
Ut Vesembecia lumina sideribus

*Æmula nunc canerem! tibi quam bonus alligat Hymen,
Arctius & nuptis vitibus atque ederã.
Fors etiam à primo digressus carmine, & illos
Ad cæli veherem candida templa Viros,
Ad fines quos Sponsa tuos facit: inclyta quorum
E Scaldi orta, omnes fama adiit populos.
Tempus erit (necdum exactis tum partibus anni
Bruma pruiniferos lata reducet equos,)
Idalia frondis mihi cum donabere seroto:
Aurea cum nato strena Tetenziolo
A Musis dabitur, & cunas carmine pellant.
Numen, agè, implora Sponse iugale Prema.*



CARMEN CVNRADI RIT.
TERSIVSII BRVNSVV. IC.

NAssam finge tibi, lento de vimine textam,
Gurgite quam vitreo piscator fortè locarit
Piscibus insidias, esca intus & illice tinxit.
Hanc alios circum videas alludere pisces,
Et penetrare illuc cauda gestire salace.
Ast alij, quos iam dolus irremediabilis hausit,
Stultitiæ damnant sua vota, putantq; beatos,
Libertas quibus est sua salua, inq; amne natare
Integrum toto, nullo obijce circumseptis:
Irritaq; hinc iterum sese extricare cupido est.
Tale est coniugium, cui se summittere gaudent,
Liberam habent iuvenes dum colla: Deinde ubi capti,
Irresolubilibus nodisq; hæere ligati,
Excuterent, si fas, ea vincula molesta vicissim.
Sic Anyti Melitiq; reus. Cui credo sua illud
Expresit tanaquil Xantippe, euertere mensam, &
Post tonitru longum largos quoq; depluere imbres

Sueta viro, nimium patienti. Non ego certe
Credulus huic fuero: Quamquam vel Apolline ab ipso
Sit sophia cunctis longe mortalibus vnus
Prælatus: tamen hic est (fas sit dicere) lapsus,
De genere id toto dum, forte quod accidit, effert:
Nec flos cui aliud persuadet Lipsius ipse.

Tu quoque in hanc nassam atque uxoria vincla, TETENSI,
Nostra exempla sequens, quem nuper ea insilisse
Vidisti, alludens, temet penetrare laboras,
Cælibis atque satur thalami, gustare mariti
Commoda vis, propriumque larem meditare focumque,
Vincere quem perhibent fuluum bonitate metallum.

Sit felix quod agis, dextro sit numine captum:
Socratis & nassam propria ceu sorte refuto,
Tyndaridis patiens suauissima vincla libenter
Ipse mea, dites quibus haud præponere gazas
Persarum cupiam, contentus viuere paucis
Æquo animo, quæ diuitiæ grandes homini sunt,
Ex ista ad vitam nolimque redire priorem:
Tu quoque sic, opto, dulci cum compare viuas,
Compare, cuius ego laudes, & nobile germen
Fratrum, indicta alijs linquo maiore camæna
Cantanda, & tenui neutiquam detero versu.
Nec te pœniteat vita mutasse iugali
Cælibis ac sterilis dudum mala frigora lecti.
Hinc scitæ longum tua nomina prole propages,
Quæ referat faciemque animumque, utriusque parentis,
Quæ solatiolum matri sit dulce patrique.

Plura his suauidico aptabit tibi carmine vota
Stipiada excellens virtus. O quando erit, illum
Hac etiam ut liceat conclusum cernere nassa,
Ut, qui sæpè alijs, cantemus & ipsi hymenæum!
Hymen o Hymenæe, Hymen ades o Hymenæe.
Hunc Aurora diem celeri vehat alma quadriga.

ALIVD NICOLAI TAV-
RELLI MEDIC. D.

Procero iuvenes corpore quid iuuat,
Et forma, & stabili robore corporis,
Vitam posse diu degere cælibem?
Et solas etiam viuere quid iuuat,
Quas natura viris, & Deus optimè
Conformes voluit nubere virgines?
Sires ad certos est condita qualibet usus:
Et frustra fecere nihil natura, Deusq;
Cælibis hæc tamen est iniuria maxima vitæ:
Cum neq; vir proprio, neque sæmina sine potitur.

Doctorem validi roboris attamen,
Proceriq; decus corporis adiuvat,
Et magna in placidis gratia moribus,
Et spectata iuuat forma TETENSIVM.

Nam firmo voluit robore præditam:
Et quam magna bonis gratia moribus,
Proceriq; decus nobile corporis,
Et spectata facit forma perintegram.

Hanc sponsus voluit ducere coniugem:
VVESEMBECCIAE progeniem domus.

Non frustra quod non subito. Tua namq; TETENSI
Te complere suis complexibus ausa maritum,
Te pulchra coniunx ditabit prole parentem.

ALIVD M. GEORGII PVLMA-
RII CARMEN NVPTIALE.

Siccine ceu victor scelerate Cupido triumphas?
Imperij & jactas sceptræ superba tui?
Tu quasi præfortem superaveris impiger hostem,
Feceris aut jaculis succubuisse tuis.
Non ita, non: tua te fallit sententia stulte,
Nil technæ hic possunt, nil tua tela valent.

Hinc

Hinc procul ergo cito, procul hinc malesane faceffe,
Nil tibi cum videas hic superesse loci.
Est qui cuncta regit cæli moderator & orbis,
Hic miranda potens atque stupenda facit.
Is quoq; non raro (dictu mirabile) longè
Disjunctos socij jungit amore thori.
RES loquitur nec opus, me iudice, testibus ullis,
DETENSI hoc thalami fœdera pacta probant.
Cui, benè quod memini, patria est Holsatia dives:
Fœmineo lucens optima sponsa choro,
Quam præclara tulit quondam Brabantia tellus,
Quamq; dedit celebris stirps Vvesebeca domus.
Quod si forte roges quid causa hic inter eosdem,
Conjungi socio quod voluere jugo:
Virtutis studium, pietas eademq; duobus,
At verè in primis religionis amor.
Est hic verus amor quem comparat inclyta virtus,
Quemq; animi pietas non simulata parit.
Hac sunt vincla quibus rectè astringuntur amantes,
Nil puer hic juris lumine cassus habet.
Non domus aut fundus, non ingens æris aceruus,
Tam benè sic sponfos conciliare potest:
Quàm vitæ probitas, morum & consensus utriusq;
Perpetuò & stabili par in amore fides,
Sed moderante Deo benè cum res cesserit ista,
Pertentant animum gaudia mille meum.
Vt nequeam quin sensa mei modo pectoris edam,
Letitia ac promam publica signa mea.
O igitur felix o terq; quaterq; beatus.
DETENSI, nostræ gloria magna scholæ.
Munere cui superùm talis nunc contigit uxor,
Et tam præclâris nobilitata bonis.
Hanc animi, dixi, pietas & gratia formæ,
Et patria extollit nobile stemma domus.

Scilicet

Scilicet in primis VVESEBECIA clara propago,
Ac verè magni nominis aucta viris.
Quos juris studium, quos sancta professio legum
Evehit aetherei lucida ad astra poli.
Cetera quid referam quæ corpus amabile reddunt?
Labra, oculos, dentes, brachia, colla, manus.
Omnia, si spectes, adeò composita venustè,
Nil ut abesse tibi, nil superesse queat.
Hoc igitur munus nitido præstantius auro
Oblatum grata sponse capesse manu.
Et vitæ tracta sociam reverenter adeptam,
Officij ut peragat, continuetq; vices.
Commoda, non vulgare bonum, mihi credito, conjux,
Sed donum Domini qui premit astrapede.
Tu quoque tu tali vitæ consortè beata,
Gaudia mox tacito concipe sponsa sinu.
Nam tibi sponsus adest natalibus ortus honestis,
Et celebres inter flosq; decusq; viros.
Quem virtutis honos studijs quæsitus & arte
Præclarum voluit, fecit & esse dedit.
Quem candoris amor commendat & ardor honesti,
Ac vera constans cum pietate fides.
Ornat quem legum, decoratq; scientia juris,
Obscuro haud doctos quæ sinit esse loco.
Hinc quoq; fama volat Doctoris maxima nostri
Per loca docta scholas, oraq; docta virum.
Hinc celebrat nostrum prælustris Dania sponsum
Ac passim magno laudis honore vehit.
Hunc colit insignis cum primis PLUMMIUS heros,
Plummius en patriæ spes columenq; sua.
Hunc amat & merito dignatur honore docentem
Tota cohors studijs dedita nostra bonis.
Desino quodq; mihi hac in parte necesse videtur
Exopto tædis omnia fausta novis.

*Huc ades ergo Pater thalami venerabilis author,
 Tu bonus atque omnis fons & origo boni.
 Huc ades atque novis facilis benedictio sponsis,
 Vnanimiq; liga pectora juncta fide.
 Te sine nam nulli dextrè junguntur amantes,
 Te sine susceptus nec benè durat amor.
 Quod superest igitur sponsis tu suggere flammam
 Quam veniens possit nulla abolere dies.
 Da sit ut ambobus vita consensus in omni,
 Dulcis habet thalamus quo sine dulce nihil.
 Hoc posito fulcro reliquum superadde benignus,
 Ut constet sancto laus sua plena thoro.
 Scilicet his sobolem juvenili confer in ævo
 Optatam in thalami fortia vincla novi.
 Conjugij siquidem veluti sunt pignora nati,
 Et pariunt sponsis gaudia multa novis.
 Ast contra thalamus dulci sine prole jugalis
 Est miser & causam sæpè doloris habet.
 Ut pulchras igitur plantas novus educat hortus,
 Sic ferat & thalamus pignora pulchra novus.
 Te celebrent summum quæ debito honore parentem,
 Et tua quæ vere jussa verenda colant.
 Deniq; da præsens traducant molliter ævum,
 Pòst intrent lati regna beata poli.
 Tartareum contra fortis compesce tyrannum,
 Ne benè capta suis destruat ille dolis.
 Sic satis his animo votis Pater alme profectis
 Sincero clemens annue quæso meis.*

**VOTVM PETRI, D. PETRI
 VVESENBECHII IC. FILII, IN NV-
 ptias Amitæ suæ honorandæ.**

O DEVS, qui perspicias ima cordis,
 Si tibi connubia casta cura,

Si fides legesq; thori, Cupido

Et socialis;

Si probas desideria, atque amantiūm

Corde puro vota iterata: sanctas

Si preces curas, cupidasq; mentes

Fæderis almi;

Vita si concors, domus atque casta,

Et pijs amplexibus osculari,

Si tibi non disciplinet, ac probatur

Iusta propago;

Nec fuit vox irrita facta, constans,

Tot, tua, orbis temporibus rotundi,

Quæ genus mortale jubet potenti

Crescere prole:

Huc adesto, audiq; preces benignus,

Et jugalis vota pudica lecti,

Vincla connubi placidus sereno

Numine firma.

Te Deum justis precibus vocavit

Sponsa castorum studiosa morum,

Et tuum multa prece sponsus ardens

Nomen adorat.

Flore jam sponfos medio vigentes,

Et pares jungis pietate vera,

Quæ dedit virtus, Themis & Minerva

Nobile stemma.

Et prece & votis superi moventur:

Ergo jam facta prece tu benignè

Huic novo arride, Pater alme, sponso

Pro bonitate.

Castus incepit benè, te juvante,

Hic amor sponsæ: duce te sacratus

In pudica languidus ade nunquam

Deficit ardor.

B 2

NYPTL

N U P T I I S
CL. VIRI IACOBI TE-
TENSIS IC.

&

Nobilissima Fœmina Pasquina VESENBECIAE.

TETENSIS PASQUINÆ.

DV M Genus eximium, varias dum, PASQUINA, dotes,
Dum castos mores mente revolve tuos:
Gnatus, amore tui, VENERIS, mihi pectus adurit,
Qui casto nexu pectora bina ligat.
Vna mihiq, meas lenire videbere curas,
Tuque eris ipsa mei pectoris una quies.
Si quoque blanda tuo me jam digneris amore,
Et subeas thalamum sponsa pudica meum.
Scis, Lecti, sanxisse DEVM sacra jura jugalis,
Augmentum humanum sumat ut inde genus.
Huncq, statum placuisse DEO, collata jugali
Munera tot lecto, donaq, tanta, probant.
Maximus Alcides vix sic adamavit Iolen,
Atque tui nostro est pectore fixus amor.
Italus & Thybrim citius bibit impiger amplum,
PASQUINA, quam nostro pectore pulsa cadas,
Si precibus facilis non aver sabere nostris.
Verum nunc animi dic mihi sensa tui.

PASQUINA TETENSIO.

Cum tua, te, virtus, doctrinaq, clare TETENSI,
Efficiat celebres inter habere locum:
Quod petis, haudquaquam tibi durior abnego, nostro
Quippe tui minor haud pectore sedit amor.
Meq, proinde tori sociam tibi trado jugalis,
Ad do lubensq, manus in pia vincla meas.
Qui DEVS hæc primo sanctissima fœdera sanxit,
Is nostram ditet prole bectq, domum.

Ædi-

*A*Edibus avertat nocitura pericula nostris,
*A*que toro lites sint procul, absit &q̄s.
*P*roque his succedant, cornu, bona, divite fusa,
*I*nter nos semper mutuus extet amor.
*C*onjugii gratos videamus, pignora, fructus,
*M*ulta, voluptatis saepius artifices.
Tu *D*EVs alme preces, facilis, ne respue nostras,
*N*eve mihi redeant irrita vota dato.
Sic nos perpetuis te laudibus extollemus,
Sic olim titubans lingua sonabit idem.

ἘΠΕΟΣΤΙΧΟΝ.

*Q*uarta LVX IanI *Q*uater Ibat aXe,
*I*vre ConVLtVs sVbIt en TETENS Vs,
*P*ASQVINAM *I*Vngens sibi, saCra LeCti
*I*Vra IVgaLis.

Consecravit

M. MICHAEL PICCARTVS N.

Εὐφημία γαμικῆ,

Observantia causã nuncupata

FLAMINIO GAST SVEBOS. SIL.

*Q*uis putat? & Veneri ad versus ultricibus armis
*T*orquet amor, ne c̄tens dis sita castus amor.
*Q*ua sibi certatim de vinxerat arte Minerva,
*N*unc possessa recens pectora versat amor.
*Q*ua dudum consorte carens, discussit amores:
*V*ritur, & volucris fit nova praeda deo.
*I*lle quidem Phæbi, Themidosq̄, sacra verat aris
*E*t studia & vitam, munera cuncta faces.
*I*lla quidem viduo statuit castissima lecto
*L*abe carens, vita liberioris, iter.

Se sub amore feri ^{PAS} fam tormenta doloris;
Cum tumulus thalamis ossea tela dedit.
Sic veluti rubuisse rosam qua vespere pallet,
Nomine nec dignus cum sit amaror amor.
At Venus invidit caelo sine matre creata
(Non illa ex undis qua movet alma faces)
Et petit, ut natus, Sponse, puer induat ora
Filioli: ac blando credulus igne trahat.
Ipsa novas artes, Sponso nova pectora subdens
Astigit: & roseo redidit ore sonos.
O cui multa via Themis & nova tedia vita
Miscuit; ut legum clarus honore fores,
Quid struis? aut qua spe ludis mea regna, Deorum
Progenies; Musis sum quoq; amica tuis.
Si te nulla movent socialis gaudia lecti,
Nec decor ex tenera virginis ore nitens:
Respice non dubium castae super aethera flammæ
Autorem: & Divæ numina magna tuæ.
Illa cupit viridi cingam tua tempora palmâ;
Palmâ, qua alternas reddat amore vices.
Hanc ^{VVESEBECIADVM} tibi flos ^{PAS} china reservat;
Qua Roma Teutonici fert caput alta soli.
Illic ad titulos subdet nova nomina, legum
Antistes, patruo non minor ipse suo,
Seu genus & formam spectes, seu dia per artes
Facta; ^{VVESEBECIAE} gloria gentis erit.
Et dubitas mea dona tuis adjungere donis
Vnde tuis certus nobile stemma vehas?
Non ego te victum templis, (mirabile) linguam:
Tu victus, Sponsâ supplice, victoreris.
Si te ^{IOVA} movet, palma & perfectio vita,
Si legum es doctus, vincula legis ama.
Sed ^{DEVS} & laurus, Themis utraq; & Pallas,
Ultima perfecti te manet aura polo.

Ergo

*Ergò DEOS sequere: & factum modo vulnus habeto:
Namq̄, onus haud grave fit, quod benè fertur; ama.
Dixit: & aspectus medio sermone reliquit
Mortales. Illi voxq̄, colorq̄, fugit.
Heu quid agat? tanto monitu imperioq̄, Deorum
Discrepat: in dubio pectora versa labant.
Mens tamen ut rediit, potior sententia visa est,
Ad nova devictas tradere jura manus.
Interea pramissus Amor, responsa ferebat,
Nec faculas, nec quæ cornua flectat, habens.
Altera sed manuum gestans Erynge, canebat
Ut qua misit hymen tela ligasset hymen.
Agnovit puerum tanto VENVS omine leta:
Adq̄, epulas Sponsos per sua tela vocat.
Illi dissimulant: tectus tamen aestuat ignis,
Osculaq̄, ambiguus datq̄, negatq̄, rotis.
Sponsa verecundè vultum demissa sedebat,
Et furtiva tamen lumina sepè dedit.
Ille manus medicas cupiens adferre, rogabat
Ut tencra aspiceret corpora leta virum.
Cum DEVS ex tellure viri formaverit artus:
Conveniens fuerit costa virilis Eva.
Attollit vultus, jamdudum saucia curâ,
Et juvenis precibus, pectore, victa, refert:
Sic equidem mihi Diva potens juvenilia corda
Obijcit: at terrent Vita, Cupido breves.
Hic pro melle furens stimulum pungendo cruentum
Linqvit: & in ventos gratia mellis abit.
SPONSVS ad hæc: Non tale pios conjungit amantes.
An Paradisiacus sit γλυκύπικρος amor?
Exulat hinc Cytherea, puer pharetratus: ab alto
Pollicita est thalamo te DE A casta, meo.
Illa ciet faciles auras, ventosq̄, secundos:
Tristia, nec mirum si DE A, lata facit.*

Tu modo per longos tibi qui deserviat annos
Accipe: ne satis durior esse velis.

Costa viri es: si costa, virum ne desere castum
Casta: mei lateris sis nova costa, caro.

Quid faceret? victam facilis se costa marito
Præbet: os aut plantam se negat esse viri.

Imò, Sponsus ait, nec de pede pignus Adamo
Prima parens, nec de vertice juncta fuit.

Ergò nec imperio moderetur regna superbo:
Nec sit legitimo fabula fœda viro.

Sic est, sic nos IOVA, refert, thalamumq; secundet:
Tu parcens, parens aſt ego frena dabo.

Risit AMOR, risere Venus, præsensq; Minerva,
Quòd palmae faciles, jura pudica colant.

Latantur Charites, Pax & Concordia: lectum
Inter Amalthea cornua sternit AMOR.

O fortunatos nimium, quæis talia surgunt
Fœdera; quæ cursu sedula Luna probat.

Vesper adest: merito declinent lumina somno:
Hos vigiles longum fata secunda beent.

F I N I S.